



Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorius III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt & reges Francorum, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

Item exemplar Epistolæ Adriani Papæ ad Egilam Episcopum in partibus Spaniæ missæ, profide orthodoxa tenenda, & pro ieiunio VI. Feria & Sabbatho, celebrando. XCV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

Item exemplar Epistola Adriani Pape ad

Egilam Episcopum in partibus * Spania missa, profi-
de orthodoxa tenenda, & pro ieiunio V I. Feria
& Sabbatho, celebrando.

21 pro. Hi.
Spania.

XCV.

ADRIANVS Episcopus seruus seruorum Dei Favo. ibid. post Summ. 44. Et Centur.
dilectissimo Egilæ Episcopo. Dudum præci-
pua gnaraq; dilectio tua ad sedem Apostoli-
cam, quæ est caput totius Dei Ecclesiarum, directos af-
fatus, secundum vibrantissimam fidem, quam erga
B. Petrum, Apostolorum principem, & nos ex intimo
gerit corde, cum nimio amore suscepimus, ad ea, quæ
eius poposcit sollertia, ex diuino fonte oriri nitidius
ac saluberrimè sanctæ nostræ Catholicæ & Apostolicæ
Ecclesiæ * olitano ritu, orthodoxe fidei exarantes, imo * Getusto.
sanctorum patrum venerandam institutionem sine
macula specularum, per earum, tunc transuectores,
tuæ emisimus almitati; & quoniam, vt fertur, nequa-
quam ipsi Apostolici ad te profecti sunt apices, nostris
eos habentes Registris exaratos, infra rescribentes, per
harum gerulos, scilicet Bellerefonsum seu Iohannem
clericum direximus denuo; sicut nobis per fidelissi-
mum Missum suum, videlicet reuerentissimum & san-
ctissimum Petrum, Ticinensis Ecclesiæ Episcopum,
præcellentissimus ac præfulgidus filius, & spiritalis
Compater noster Dominus Carolus Rex Francorum
& Langobardorum, ac Patricius Romanorum, pro
tua insigni dilectione poscendum emisit, & per eius
regale adminiculum, tuis fauentes votis, adimplere
præsus studuimus. Illos vero procaces ac hereticos ho-
mines, qui tuam subuertere nituntur orthodoxam fi-
dem,

dem, & vndique te coartantes, angustias & varias tempestates seminant, Apostolico indutus precepto, simulque Apostolicis imbutus disciplinis, seu saluberrimis orthodoxæ fidei sanctorum Patrum repletus institutis, eos, qui tuas noluerint amplecti rectæ fidei prædicationes, post vnam & secundam admonitionem seu increpationem, tamquam ethnicos & publicanos deputans, habeto pro nihilo eorum infrunitas insidias, Propheta testante, qui ait: *Si autem adnuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberaſti: quatenus oportet te, vas electionis, B. Pauli Apostoli imitari præcepta ac vestigia sequi: Subtrahere te ab omni fratre ambulante inordinate. Et constans esto: Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Potius, nempè si doctrinam sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ secutus fueris, nõ timebis mala, quia fortissimus auctor ac eius fundator, B. Petrus, clauiger regni cœlorum, tecum est, vsq; in finem Domino pollicente: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. Nulla quippe hebetudo, atque qualibet ambiguitas ascendat in suauissimam sacramque mentem tuam, eò quod beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Et iterum: Sancti per fidem vicerunt regna, &c.*

Porro in ipsis referebatur apicibus tuis, qualiter vobis nimis intentio est de sexta Feria & Sabbatho, quod istos duos dies dicimus ieiunio mancipandos. Nequaquam hæreticorum hominum ignauiam, atque impiam peruersamque amentiam, inanesque ac mendaces sequere fabulas, sed magis doctorum nostrorum

strorum, sanctorum Patrum, sicut nobis intimant, videlicet B. Syluestri, atque Innocentij Papæ, pariterq; almi Hieronymi seu Isidori diuinos sermones annecte, & ex nostra Apostolica olicitana regula, Sabbatho ieiunare, firmiter atque procul dubio tenens tua non desinat sanctitas; si enim à regia non vis discedere via, prædictorum sanctorum Patrum censuram non deseras, & beati Augustini opuscula legere non prætermittas, vbi egregium prædicatorem atque doctorem suum, sanctum Ambrosium, meminit pro Ieiunio Sabbathi sanctam Catholicam & Apostolicam nostram Romanam nimis laudasse Ecclesiam, & quia, gerente Spiritu sancto, nullis tentationibus superari tuam almitatem conuicimus, eas, quas superius polliciti sumus, liquida exarationis pagina instituemus series.

Item exemplar Epistole Adriani Pape ad

Egilam Episcopum, seu Iohannem Presbyterum, de eorum sacratione, vel constantia in partibus Spania predicandum, & de Paschali festiuitate, & de predestinatione hominis, siue ad bonum, siue ad malū, & de coninuatione eorum tam in escis, quamq; in potu, seu & de diuersis erroribus & de eorum Pseudosacerdotibus qui viuentis viro sortiuntur uxores, & de libertate arbitrij, vel multis alijs capitulis in partibus illis contra fidem Catholicam ortis.

cam ortis.

XCVI.

ADRIANVS Episcopus seruus seruorū Dei dilectissimo nobis Egile Episcopo, seu Ioāni Presbytero. Audientes orthodoxā vestre dilectionis in Christo constantiā, atq; ita vos antique fidei cōmunio-

*Memine-
runt huius
Epistole
Bar. &
Ceni.*